ſuo.xi. Uolens etiam ſiquis dubitaret an liceat habere plura
benefitia. et manēre tali dubitatione plura adhuc retinet bene-
fitia periculoſe cōmittit. Et ſic abſq; dubio peccat. vtpote magis
amans lucrū temporale quā ꝓpriam ſalutem. Et ſic facit contra
doctrinam beati Auguſti. Qui ſic ait. Elige certū et dimitte
incertū. Sed peſſima malitia excecat eos. Ut nō videant viā
qua itur ad aſtra. Et hec de octauo capitulo.

Non licet habere benefitium qui habet ſufficiens patrimoniū.

¶ Capitulum.ix.

On ſolum aūt clerico non licz habere plura benefitia.
n Sed nec vnū deifice poſſidere p̄t qui habet ſufficiens
patrimoniū. Ut habet. xvi.q.vltima in fine et in capi.
Clericos.i.q.ij. Et ſtz verba beati Jeroni. ad Damaſum papā.
Clericos illos cōuenit eccleſie ſtipendijs ſuſtētari. q̇bus paren-
tum aut propinquoꝝ nulla bona ſuffragant. Qui aūt ex bonis
parentū et ſuis opibus ſuſtētari poſſunt ſi illud qđ pauperū eſt.
ideſt redditus beneficioꝝ recipiūt. ſacrilegiū cōmittunt. et per
abuſionem taliū iuditiū ſibi manducant et bibūt. Quid aūt ſit
ſufficiens patrimoniū relinquit arbitrio boni viri.i. dictamini
recte rationis ſcilicz ſi ſm qualitatem et ſtatū ſue pſone habeat
de ſuo patrimonio victū et amictū. Ex quibus patet q ſi clerico
ſufficiūt ꝓpria non habebit eccleſiaſtica. vt habet. xvi.q.i. Quo-
niam quicquid ⁊c. Hoc etiam ſentiūt notabiliores doctores
ſacre theologie et iuris diuini dicentes. q habens ſuffitiēs pa-
trimoniū. ⁊ hz benefitiuz eccleſiaſticū. ea que de benefitio pcipit
totaliter tenet elargiri in manus paupeꝝ. alias mortaliter pec-
cat. Dicit eīm gloſa circa canonē ſuperius allegatū Si habun-
dantes aliquid recipiūt de bonis eccleſie.i. redditus benefitioꝝ
ſiue p̄ſentes ſiue abſentes. Licet ſm rigorem iuris non poſſit
ſua porcio denegari. Quia nemo tenet ſuis ſtipēdijs militare.
Mortaliter tn̄ peccat. ſi ex ſua cupiditate reſeruāt. Hoſtienſis
tamen ⁊ Ulricus dicūt. q clericus qui habet ſuffitiens patrimo-
nium. Si deſeruit eccleſie ſiue altari. p̄t de eius bonis ſuſten-
tari. Si vero nō deſeruit. vel in malos vſus conuertit peccat
mortaliter. Scđm tn̄ predictā et veriorem cōcluſionem ſcilicz
Johānis Andree Laurentij ⁊ alioꝝ ſecurius eſt et tutius quo

ad cõſcientiam et ſalutem anime. ꝙ clerici quibus ſua ſufficiũt. Uel qui ſufficiens habent patrimoniũ nõ habent eccleſiaſtica beneficia. Niſi forte vt boni diſpẽſatores redditus beneficij vel beneficioꝝ huiuſmodi totaliter diſtribuãt pauperibus. Et ſibi in ipſis nihil ex eis reſeruẽt. Nam ſm ꝙ dicit Proſper in libro de vita cõtemplatiua ca. x. Et ſtꝫ verba ſpiritusſancti. Peccata populi mei cõmedũt. Ubi ſm eundem aduertendũ eſt diligenter. ꝙ nõ habẽtes ꝓpria. vt religioſi monachi. vel alij paupes clerici qui parum habẽt ſuſcipientes elemoſinã ſeu redditus. non accipiunt peccata ſed alimẽta. Quibus pro ſua neceſſitate indigẽt. Ita diuites et hij quibus bona ſua ſufficiũt ꝑcipientes beneficioꝝ redditus aut oblationes. aut quottidianas diſtributiones. non percipiũt alimenta. Quia illis habũdant. Sed aliena peccata percipiũt et ſuſcipiũt non deſeruientes apud deum pro viuis et mortuis quibus bonis vtunt. qꝛ ꝓcuratores ſtꝫ. Debent eñi ſacerdotes caſte et innocenter et ſancte viuere. Quia de patrimonio xp̃i viuũt vt eorum oratiões ſint accepte apud deum oĩpotentẽ. vt ſic poſſunt iuuare anĩas in purgatorio exiſtentes. que pro peccatis eorũ bona illa obtulerũt. Multum eñi valet dep̃catio iuſti aſſidua. Unde legimus in vita patruꝫ ordinis predicatorũ de fratre Ynone quondaꝫ prouintiali in terra ſancta humili et deuoto. ꝙ ſemel poſt matutinas orans in eccleſia. cumqꝫ leuaſſet oculos verſus lampadẽ vidit vmbrã quaſi vnius fratris ſtantis in habitu ſordido ⁊ nigro. Cumqꝫ quereret ab eo quis eſſꝫ. Reſpondit Ego ſum frater talis qui nuper obijt: et viuẽs tibi ſpecialis fui. Querente aũt ab eo quomodo ſibi eſſet: ait. In ſtatu ſaluandoꝝ ſum: ſed quindecim annis duriſſimã ſuſtineo penam purgatorij. Cumqꝫ quereret ab eo quare tam dure deberet puniri: qui tam religioſe et deuote et feruenter vixiſſet. Reſpondit. Noli querere cur hoc fiat. nam equiſſimũ eſt iuditiũ dei: qm̃ deus non poteſt errare. Sed rogo te vt mihi ſubuenias. Prior vero promiſit ſe libenter facturum quid peteret. Cumqꝫ dies illuxiſſet: predictus prior cepit ſe preparare quanto deuotius potuit ad miſſam. et cum conſecratam hoſtiã haberet in manibus cepit deum rogare ſub his verbis. Domine hieſu criſte ſi Soldanus rex babilonis vnũ in vinculis teneret: et Camerarius eius qui ei viginti annos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeruiſſet. Et pro ſeruo ſuo talem captum peteret ſibi donari.
Soldanus vtiqꝫ ei non denegaret. Domine deus meus nō ſis
ergo durior Soldano rege ſarracenoꝝ camerarius tuus ſum.
Et ſeruiui iam tibi multis annis. Tenes igiť captiuū dilectū
fratrem pro ſeruitio meo peto mihi eum donari a tua clemētia
et miſericordia. que eſt ſup̱ omnia opera tua. Cumqꝫ diu verba
iſta cum lacrimis multū non tantum ſemel vel bis ſed pluries
oraſſet poſt multas lacrimas miſſam finiuit. Sequēti ꝓ nocte
ſtans in oratione poſt matutinas dictum fratrem vidit ante ſe
ſtātem habitu cādidiſſimo et preclaro. Queſiuit ab eo. qūo ſibi
eſſet. Reſpōdit Benedicta ſit hora in qua natus es. Ob dei em̄
gratiam et tuā orationē liberat⁹ ſum ab omni pena quindecim
annoꝝ. Et ecce ad ſocietatē beatoꝝ vado. Petiſti em̄ me tibi
dari a domino. et et dedit me tibi. His dictis euanuit. ¶ Unde
p̄s. Ecce quā bonū et q̄ȝ iocundū habitare fratres in vnum.
Pro hac vnione et cōcordia orabat Criſtus ad patrem dicēs.
Johānis. xvij. Pater ſerua eos quos dediſti mihi vt ſint vnū
ſicut et nos vnū ſumus. Bonū eſt ergo et multū neceſſe poſt
mortem habere vnum bonū et fidelem amicū qui oret pro eo.
O mi frater ꝑpende et mente deuota auſculta. Sed ſi iſte prior
fuiſſet ſacerdos lubricus et habuiſſet pulchram dalidā ſicut tu
habes. aut fuiſſet ꝓprietarius. aut Simoniacus ſup̱bus. luſor.
aut alio vitio mortali quocūqꝫ maculat⁹ nō ſic vtiqꝫ eius ora-
tiones fuiſſent accepte apud deū. Sic. q̄ per vnā miſſam penā
videlicȝ quindecim annoꝝ ipſius purgatorij relaxare potuiſſet
fratris vnius. O quantū valet oratio vnius iuſti aſſidua. Nūc
cōſidera mi frater tu. et tui ſimiles in tali ſtatu. In quo heu iam
cum tua dalida ꝑſeuerans per vigintitres annos fuiſti. qd̕ ani-
mas liberaſſes a purgatorio. Cum tn̄ quotiens tu diuina cele-
bras. totiens ip̄m deum quem placare deberes ad iracundiam.
quantū in te eſt ꝓuocas. et non ſine cauſa. Quia totiens eū cru-
cifigis et in cloacam immūdiſſimā corporis et anime tue cru-
deliter proicis ꝛc. Quomodo poteris placare iudicem cum tu
plus quā milleſies reus ſis mortȝ eterne. Cuius filium tam cru-
deliter inhonoraſti. ¶ Unde Grego. Cum his qui diſplicet ad
intercedendū mittiť. tunc iudicis animuus plus ad iracundiā
prouocať quam placať Si vero tu et tui ſimiles aliquid pro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

animabus facitis oportz ꝙ hoc fiat per ſacramentū eucariſtie quod ita purū et integrum eſt in manibus veſtris ſicut in manibus ſanctiſſimi ſacerdotis. Et hoc ideo. qꝛ vos eſtis miniſtri ſancte eccleſie quā deus diligit: ꝗuis peccatores ſitis. Sꝫ ſcriptum eſt. Quod iuſtū eſt iuſte exequeris. Et ideo ſanctius eſſꝫ omittere ſanctū opus et iuſtum: niſi ſancte ⁊ iuſte ꝑficeret. Nō eñ verbis meremur ſed aduerbijs: Naꝫ aīe in purgatorio exiſtentes bene ſentiunt qñ vnus bonus et ſanctus pro eis orat aut qñ vnus lubricus et criminoſus. ¶ Nam legit exemplū ꝙ quidam poſt mortē apparuit amico ſuo cariſſimo. qui interrogauit eum de ſtatu ſuo: qui dixit ſe in magnis penis purgatorij eſſe. rogansqꝫ vt pro ſe orōes fieri faceret. Cum aūt ille diceret an vellet a ſuo plebano habere: qui erat totus vitioſus et publicus ꝯcubinarius. Jlle nihil rñdebat ſed more rēnuentꝫ caput mouebat: deinde nomiauit ſibi quendam heremitā caſtuꝫ probū et ſanctum virū: Cui ille dixit. Utinā ille pro me oraret cito me a penis purgatorij liberaret. Et hec de nono capitulo.

De his qui redditus beneficiorum dant non indigentibus. ¶ Capitulum. x.

De his qui redditus benefitiorū dant non indigētibus ſed ⁊ ſuis diuitibus amicis dicit Hoſtienſ ꝙ tales raptores ſnnt ⁊ pauperibus ad retributionē tenētur: aut priuentur benefitio ſuo a quo hmōi redditus perceperūt. vt patet. xij. q. ij. Gloria epiſcopi ⁊c. Si illi: et peccant mortaliter. nō tm̄ quia pauperibus ſubtrahunt: ſed etiā quia turpibus perſonis non indigentibns tribuūt vt. lxxxvi. diſ. Quia venatorib⁹: et. c. Donare. Et ideo fornicarie et alie ꝑſone turpes: ſiue ꝗcūqꝫ alie ſunt: non indigentes recipiētes a perſonis eccleſiaſticis tenenſ reſtituere ipſi eccleſie. niſi forte fuerit eis datū cauſa elemoſine in ſumma neceſſitate. qꝛ tunc eſt debitum eoꝝ. lxxxvi. di. Paſce. O frater mi preamāde corde perpende qñ fit talis reſtitutio a te et ab alijs tibi ſimilibus. rariſſima eſt illa auis in terra noſtra. Cum tñ dicat beatus Augu. Peccatum nō dimittitur niſi ablatum reſtituaſ. Omne peccatū delet contritio et cōfeſſio preter hoc peccatū quod nulla contritio delere poteſt. niſi et cōmittetur reſtitutio ſi fieri poteſt: ad impoſſibile nemo obli